865a

requisitionem et citationem Ministerialis et Nobilium quahbet die, secus vero factam non missionis pœnarumque inde ex Jurium Scripto emergentium succubitionis, prout processus de his latius descriptis extat temerarie impugnationis, pœnamque Bannitionis succubitionis instituta adcertamini igitur ad videndam et attentandam super Vobis et summis pecuniariis parentis Vestri in cuius bona succedentes, et onera ferre tenementi pœnam Bannitionis decerni et per Ministerialem publicari statui, ac executionem in personis Vestris et summis pecuniariis extendi. Contumacia Vestra non obstante. Et quoniam Actio hæc post mortem mariti et patris Vestri Vos legitime concernit ideo ad præmissa sub Judicialiter terminum attentaturi et responsuri, Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Festum Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Et Judicium præsens Castrense Capitaneale Branscense: visa et considerata citatorum clamatorum et non comparentium contumacia et temeritate: iuri communi et partis Actoreæ affectationi ac contentis citationis inhærendo. Super prædictis citatis et bonis eorum omnibus pœnam Bannitionis et de Regno Poloniæ proscriptionis decernit, ipsosque iam ex nunc Bannitos et de Regno Poloniæ proscriptos esse pronunciat et ad publicandam eandem pœnam Bannitionis Ministerialem Generalem Regni Nobilem Benedictum Proszynski addit et deputat. Qui quidem Ministerialis præfatus iure suæ deputationis referendo et de loco publicationis redeuns recognovit se præfatam pœnam Bannitionis super præfatis citatis ex instantia prænominati Actoris legitime obtentam in loco solito Judiciorum ac foro publico oppidi huius Branscensis in præsentia multorum et variæ conditionis hominum, pro tunc congregatorum alta sua præconica et sonorosa Voce publicasse promulgasse proclamasse et notitiæ debitæ omnium deduxisse. de quo suam Relationem fecit.

**Civium Bielscensium; Juramentum**

Famati Philemon Kvostowicz Proconsul Andreas Koszonski Paulus Mykobolski Consules civitatis Sacræ Regiæ Maiestatis Bielski. Juramentum super veram et fidelem conscriptionem Regestri Contributionis Ducillonis pro secundo Quartuali. Anni præsentis provenientium quod fideliter nihil occultando conscripserunt et eiusmodi contributionem in nullo damnificando ex integro ad manus exactoris reddiderunt in facie Judicij præsentis observata solennitate iuramentorum præstiterunt et debite sunt exequuti.